

dita omnia duabus de causis inutilia sunt: quoniam & plus propter dulcedinem assumitur: & quod modo par
Secunda mensa. est, tamen ægrius concoquitur. *Secunda mensa* bono stomacho nihil nocet, in imbecillo coacescit. Si quis itaq; hoc parum valet, palmulas, pomacq; & similia, meliùs primo cibo assumit. Post multas potiones, quæ aliquantum sitim excefferunt, nihil edendum est: post satietatem, nihil agendum. Vbi expletus est aliquis, faciliùs concoquit, si quicquid assumpsit potione aquæ frigidæ includit, tum paulisper inuigilat, deinde bene dormit. Si quis interdiu se impleuit, post cibum neque frigori, neque æstui, neque labori se debet committere. neque enim tam facile hæc inani corpori, quàm repleto nocent. Si quibus de causis futuro inedia est, labor omnis vitandus est.

EX DIVERSIS.

Hippocrates medicorum facile prin-